



 EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
**VII**-  
SIGNAT. 1819CCXII

# AMORIS AC MOERORIS

*ἀγαλμάτιον*

SOCERO DESIDERATISSIMO,

V I R O

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, SPECTA-  
TISSIMOQUE DOMINO,

D O M I N O  
J O H . J A C O B O



**J**indnern.

NOT. PUBL. CÆS.

INCLUTAE VITEMBERGENSIS REIPUBLICÆ  
CAE PRAETORI IMMORTALITER PROMERI-  
TO, PARITERQUE SENATORVM

SENIORI

*GRAVISSIMO,*

*IPSIS*

EXEQVIARVM SOLEMNIBVS

d. 20. Junii, 1713.

MOESTISSIMO ANIMO

EREXERVNT,

JOH. THEOPHILVS *Mollstein* Med. Doctor.

JOH. *Norwein* Coll. VI.

---

VITEMBERGÆ, Formis SAMVELIS KEVISINGII.



Roh dolor! LINDNERE, cadis pro-  
terva  
Morte, praeclari generis domusque  
Totius, qui firma columna vivens  
usque fuisti.

Pallidum nunc exanimumque corpus  
Hic jacet totum fugiente vita:  
Terrei vis magna soporis, ambo  
lumina claudit.

Ipsa sedes judicialis, haecce  
Quam sovet, urbs relligiosa templis  
Luget ac planctus quasi nunc videtur  
edere acerbos.

Atra enim, LINDNERE senex, rapit mors  
Judicem, in Te, qui gravis atque justus,  
Candidus prudens simul et severus  
prensus adusque.

Mente volvisti studio, sagaci  
Verba, quae sunt digna cedro virenti:  
Alteram partem quoque conferas, non  
sufficit unam

Ullius nunquam precibus placatus:  
Nec minis conterritus es, potentum:  
Motus es nec duro odio nec unquam  
flexus amore.

Hinc dolent cives facieque tristi,  
Atque moestis aspiciunt ocellis  
Judicem justum sibi nunc ademptum  
morte proterva.

Ait DEI summi, genatoris orbis  
Ac boni patris fuit haec voluntas:  
Acquiescendum merito est in illa  
mente lubenti.

Rebus es nostris levibus, caducis  
Raptus ad coeli placidam quietem,  
Lux ubi clarissima, non tenebrae,  
est sine fine.

Nunc eas oras adiisti amoenas,  
Sol ubi Te justitiae per aevum  
Omne collustrat radiis coruscis  
fidereisque.


Vivis & inter Proceres Olympi.  
Te simul membrum meritoque gaudes  
Istius sancti, celebris, verendi  
esse tenatus.

Quare si vellent tua fata, nolles,  
Tu tamen, Lindnere senex, regressum:  
Nec voles rebus clarier caducis  
restituique,

Hinc tibi certe gratulamur omnes  
De statu fausto atque satis beato  
De bonis magnis minime caducis  
ac perituis

Nos in hac vita, variis periclis  
Implicata, haerere diu, dolemus.  
Nec statim tecum fruier beate  
Ætheris oris.

Interim Tu vive, chorisque sanctis  
Optimum Numen Superumque Regem,  
Melleo cantu ex modulo celebra  
omne per aevum!



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON  
M 18



# AMORIS AC MOERORIS

*ἀγαλμάτιον*

SOCERO DESIDERATISSIMO,

V I R O

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, SPECTA-  
TISSIMOQUE DOMINO,

D O M I N O

JOH. JACOBO



Jindnern.

NOT. PUBL. CÆS.

INCLUTAE VITEMBERGENSIS REIPUBLICÆ  
CAE PRAETORI IMMORTALITER PROMERI-  
TO, PARITERQUE SENATORVM

SENIORI

GRAVISSIMO,  
IPSIS

EXEQVIARVM SOLEMNIBVS

d. 20. Junii, 1713.

MOESTISSIMO ANIMO  
EREXERVNT,

JOH. THEOPHILVS Mollstein/ Med. Doctor.  
JOH. Morwein/ Coll. VI.

| VITEMBERGÆ, Formis SAMUELIS VENIENTI |      |       |        |     |         |       |         |       |   |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    | B.I.G. |
|--------------------------------------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|---|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|--------|
| Inches                               | 1    | 2     | 3      | 4   | 5       | 6     | 7       | 8     | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20     |
| Centimeters                          | 1    | 2     | 3      | 4   | 5       | 6     | 7       | 8     | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20     |
| Blue                                 | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |   |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |        |
|                                      |      |       |        |     |         |       |         |       |   |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |        |
|                                      |      |       |        |     |         |       |         |       |   |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |        |